

1453

## P O L E M I C I.

1454

*stidij &c. Dedimus jam CCCXL. Titulo Speculi militantis Ecclesiae. Verum hic Adpendicem habet, ad cujus marginem legitur: Ista capitula subsequencia sunt abstracta a dyalogo per falsos fratres. Adpendix haec incipit: Sed demum arguunt recencius &c. et finit: et finis dyalogi completur ut deus glorificetur. Observo, ad folium hujus Tractatus calcem Librario paene elapsum esse integrum Autoris nomen; Scriptit enim: Explicit dyalogus Magistri Johannis vi. Vide et Indicem.*

XIV. fol. 163. *Triologus. Initium: Cum locutio ad personam multis plus complacet, quam locutio generalis &c. Constat Libris IV. in Capita divisis, et editus est f. l. (Basileae putavit Fabricius) 1525. 4. Porro Codex hic industrios olim Discipulos nactus margines paene omnes locis Autorum, Argumentis et Summariis, a diversa manu, non sine iudicio confitos habet. Fol. praevio recentior calamus adscriptit Doctor Martinus Luter.*

CCCLXXXV.

880 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Foliorum 276. f. per duas columnas bene exaratus, rubricisque distinctus sequentia tacito nomine continet *Job. Wiclefi Opera*, quorum fiquae in *Balei, Tannerique Catalogis* non inveniunt, speciatim indicaturus sum. I. Tractatus de *Ecclesia* Caputum XXIV. cujus initium est: *Quia*

*nonnulli eciam illi qui videntur esse aliquid &c. Vide Indicem.*

II. fol. 114. Tractatus de *dominio. Initium: Cum quilibet christianus et specialiter Theologus mori debeat virtuosus &c. Vide Cod. CCCCXV. ubi finitur sicut hic, licet hic addatur: Vtique deficit nec est finis.*

III. fol. 170. p. 2. *Supplementum Triologi seu de Dotatione Ecclesiae. Initium: Utrum clericus debuit dotationem quam modo occupat &c. Vide Indicem.*

IV. fol. 182. *De oratione dominica et Salutatione angelica. Initium: Cum heretici diebus istis nouissimis &c. Aliud initium utriusque adsignat Baleus.*

V. fol. 185. *De solutione Sathanæ. Initium: Quantum ad obiectum fratrum, quod non sane intelligitur scriptura &c. Vide Indicem.*

VI. fol. 187. *Tractatulus de noua preuaricantia mandatorum, vel, ut Baleus fortasse, de 4. Sectis nouellis. Initium: Cum secundum veritatis testimonium Matth. 19. ad ingressum in patriam &c. Aliud Scriptum de 4. Sectis occurrit Cod. CCCLXXXIV.*

VII. fol. 192. *Socii argumenta contra veritatem. Fortassis id, quod Baleus inscribit: Super impositis Articulis. Initium: Quidam socius (fellow) quem suppono esse emulum veritatis, inuebit multipliciter contra sententias, quas concipit me dixisse &c.*

VIII. fol. 203. p. 2. *Secuntur 17. conclusiones, quas posuit Magister Johannes in parlamento regni*

ni Anglie. Initium: *Protestor publice, ut sepe alias &c.* ut alibi.

IX. fol. 205. p. 2. *Sermo pulcher.* In illud: *Dominus vobiscum. Ruth. 2.* Initium: *Secundum philosophos finis actus &c.* Non reperi apud Bibliographos.

X. fol. 206. p. 2. *Exhortatio noui doctoris.* In illud: *Labora sicut bonus miles christi ihesu. 2. Tim. 6.* Initium: *Post fructum benedictionis sequi debet Thema laudationis &c.* Nexus est igitur hic *Sermo* cum praecedente, habitique videntur simul in Cujusdam promotione ad gradum Doctoris Theologi. A *Baleo* vel *Tannero* non indicantur.

XI. fol. 207. p. 2. Breviuscula quaedam, quae junctim referam: 1.) *Epistola ad simplices sacerdotes.* Init. *Videtur meritorium &c.* ut alibi. 2.) *Quatuor interpretaciones.* Init. *Quod Clerus regni Anglie secundum ordinationem &c.* ut alibi. 3.) *De Fundatore religionis.* Init. *Saluator noster diligens unitatem religionis &c.* Contra Ordines Religiosorum. 4.) *Dubium.* Init. *Nemo peccat in spiritum sanctum ad sensum ewangelij &c.* De peccato in spiritum sanctum. ut alibi. 5.) *De mendacijs fratrum.* Init. *Pseudo fratres publicant &c. Codex alius habet replicant.* 6.) *Epistola ad Inconiensensem.* Init. *Humilis christi servus &c.* ut alibi. Num. 3. apud Bibliographos non reperi.

XII. fol. 208. p. 2. *Incipit tractatus de 7. donis spiritus sancti.*

Initium: *Cum spiritus sanctus sit tertia persona trinitatis &c.*

XIII. fol. 212. *De citationibus,* ut in calce, *friuolis.* Initium: *Si papa uel eius vicarius citaret virum legum (ligium, loyal) ut compareat coram eo personaliter loco et tempore, que ipse voluit limitare &c.* Non reperiuntur.

XIV. fol. 215. *De gradibus ordinis.* Initium: *Quidam scholaris probus zelator veritatis fidei christiane petit &c.* Non reperiuntur.

XV. fol. eod. p. 2. *De condemnatione 19. conclusionum.* Initium: *Cum secundum Apostolum Hebr. 11. Fides sit fundamentum &c.* ut alibi. Extant Conclusiones hae damnatae a Gregorio XI. a. 1377. T. XI. P. 2. col. 2041. edit. *Concc. Labb. Paris.*

XVI. fol. 217. p. 2. *De dissensionibus Papparum.* Initium: *Quia ista monstrosa dissensio inter papas videtur significare tempora periculosa &c.* Breviusculum et *Tannero* inscriptum: *De Schismate.*

XVII. fol. 218. *Strode 18.* (Bal. et Tann. 14.) *Argumenta.* Nempe impugnata. Initium: *Quia secundum philosophum sanctum est philosopho nominare veritatem &c.* Ad calcem: *Explicit responsio Magistri Johannis ad 18. argumenta Strode.* Addit laetus Librarius bohemicus: *Habanamnychy! i. e. Euge, in Monachos! Erat Radulphus Strodeus Scotus Sodalis Dominicanus, de quo plura Bibliothecarii Ord. T.*

1457

## P O L E M I C I.

1458

I. p. 666. et *Fabricius Bibl. med. Lat. L. 17. p. 36.*

XVIII. fol. 223. p. 2. *Metrica compilacio de replicacionibus contra Magistrum Johannem.* Rhythmi, ut videtur, a quodam *Wiclefi* cliente fabricati in ejus Ad-

versarios, qui identidem *Wyt aoraj* adpellantur, id, quod eruditus Anglus interpretetur; sub literis enim illis ab se invicem divisus plures voces latere vel lex rhythmici evincit. Initium est hujusmodi:

*Heu quanta (quae?) desolacio anglie prestatur  
Cui regnum quodlibet hinc inde minatur  
Et eius nauigium pene conquassatur  
Regnum (nec) consilio nec ope iuuatur  
Wyt aoraj pre dolore ventris  
Meum iam consilium latet in vi mentis &c.*

Nomine comparent *Nicol, Herford, Crompborn, Repinton, Bayberd, Wiclefus* ipse, alii. De quibusdam horum mentio est in *P. I. Comment. Rer. in Eccl. gestar. Joh. Foxi* p. 18.

XIX. fol. 225. *Traclatus*, ut e calce adsumo, de quatuor sectis nouellis et earum erroribus ecclesie infestis. Initium: *Secundum tres virtutes Theologicas fideles quidam supponunt &c.* Sectae hae IV. Nostro sunt *Sacerdos Caesareus*, quo dotatum intelligit, *Monachus, Canonicus et Frater.* Vide et superius N. VI.

XX. fol. 233. *Cruciata*, feu, ut *Baleus*, *Contra Cruciatam* (Bullam) *Papae.* Initium: *Cum secundum fidem catholicam, Rom. 8. Timentibus deum omnia coeperantur in bonum &c.* Ad calcem aperte nominatur *venerabilis et ewangelicus doctor Magister Johannes Wyklef.*

XXI. fol. 239. p. 2. *Traclatus*, ut in calce, de christo et suo aduersario anticristo. Initium: *Se-*

*cundum catholicos Ecclesia est predestinatorum vniuersitas &c.* Aliud initium statuit *Baleus.*

XXII. fol. 246. *Forma iuramenti Arnaldi pape Thezaurarij.* Ita in membrana Codici praetexta. Initium: *Hec est forma iuramenti arnaldi de granario collectoris domini pape gregorij XI. in ecclesia anglicana &c.* Formulae subjicitur: *Hec facta sunt in pallacio Regis in Westmonast. XIII<sup>o</sup> die Februarij. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXII<sup>o</sup>. et Nomina praesentium.* Tum *Wiclefus* crisin in 10. Juramenti Articulos exerit, quam apud *Bibliographos* cit. non reperi.

XXIII. fol. 247. p. 2. e Membrana praevia: *De graduacionibus scolasticis.* Initium: *Cum scientia inflat secundum apostolum, dicit ergo christus, vos inquit nolite nominari rabi &c.* Non reperi-

tum.  
XXIV. fol. 250. *Posicio discipuli M. Johannis.* Initium: *In materia de eukaristia est quedam posicio*

1459

C O D I C E S

1460

*posicio heretica &c.* Adjunctum est alia rubrica *Oppositum posicionis*. Positio illa haeretica *Wiclefo* est Transsubstantiatio. Scriptum istud fortasse titulo *de Quidditate Hostiae consecratae* apud *Baleum* indicatur.

XXV. fol. 261. p. 2. e membrana praevia: *Argumenta contra posicionem de religionibus priuatis*. Adfert *Baleus* Scriptum *de Religiosis priuatis* alio initio, quod impugnasse videtur *quidam reuerendus monachus*. Huic respondet nostrum, quod incipit: *In materia de religione priuata ponitur quedam posicio &c.*

XXVI. fol. 266. Responsum ad VIII. Quaestiones. *Amice preclare ex scripturis vestris concipio &c.* Jam relatum alibi.

XXVII. fol. 267. e membrana praevia: *Tractatus de statu innocentie*. Initium: *Ut supradicta magis appareant, oportet parumper disgrede &c.*

XXVII. fol. 274. p. 2. e membrana praevia: *Responsum ad decem questiones*. Initium: *Magister Reuerende et amice percarissime, ad primam 10. questionum ueststrarum &c.* Non reperi in *Catalogis citt.* Omnia haec *Wiclefi* Scripta Summariis marginum diligenter illustrata sunt.

CCCLXXXVI.

890 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 123. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus *Συλλογὴν* Opusculorum *Job. Wiclefi* continet, hoc qui-

dem ordine: I. *De concordacione fratrum*. Infit: *Cum christus sit primus et nouissimus &c.* Cod. CCCCIV. inscriptum *de Sectis Monachorum*. Vide ibi. Ad calcem etiam hic: *Explicit de cor uacandi*.

II. fol. 3. p. 2. *De ordine christiano*. Infit: *Ad declarandum veritatem fidei et omnem errorem perfidie &c.* Novit *Baleus*, sed initium non adfert. Contra *Primatatum Romanum*.

III. fol. 5. p. 2. *De Confessione*. Infit: *Duo sunt sacramenta precipua in quibus est ecclesia illusa &c.* Ut alibi *de Confessionibus*.

IV. fol. 8. *Detectio perfidie sectarum antichristi*. Infit: *Paulus docet ad Epb. IV. quomodo Christi ecclesia debet diligere unitatem — Iste autem secte quatuor — faciunt diuisionem in his tribus virtutibus Theologicis*. Videtur pertinere ad *Tractatum de quatuor Sectis nouellis* Cod. CCCLXXXV. relatum, quoniam is incipit: *Secundum tres virtutes Theologicas &c.* ut ibi.

V. fol. eod. p. 2. *De Gradibus Cleri*. Infit: *Quidam secularis probus zelator &c.* Vide *Indicem*.

VI. fol. 9. p. 2. *De Demonio meridiano*. Infit: *Frons meretricis facta est populo &c.* ut in *Indice*.

VII. fol. 10. p. 2. *Epistolae binae, prior ad Archiepiscopum Cantuar. altera ad Papam Urbanum, indicatae alibi.*

VIII.